

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fabula b
cum uariis

Fabula et si uim ueritatis non habeat, tamen rationem habet ut iuxta eam possit ueritas manifestari. Referunt, inquit, seculares uirum quemdam fuisse ut quociens uirium suarum destitutus amicam et nutricem terram impulsu aduersarii contigisset de solo surgens magis in aduersarium preualeret ut sic occasio prostrati, occasio fiebat triumpho. Dabat infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina uictoriam. Cui hec conueniunt nisi Christo qui ad hoc cecidit ut gloriosior resurgeret?

Ambrosius libro III. de officiis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

fuisse ut] ut *om.* (*cor. in marg.*) M; quociens] beneficio *add.* L¹ L²; aduersarii] aduersari C; preualeret ut] preualeret et P V¹ V² L¹ L²; resurgeret] reurgeret V¹